

eorum subsidia contra improborum violentias nostro premunire auxilio ac defensare presidio studeamus. | Unde notum esse volumus cunctis tam presentis etatis quam future posteritatis hominibus, quod venerabilis abbas Adeloldus de | Porta et fratres eiusdem cenobii emerunt xviii mansos sitos in villa et pago Mertindorf cum areis agris pascuis vinetis
 5 salicetis et LX iugeribus virgultorum seu fructuorum vel eo amplius nec non etiam aquis aquarumque decursibus cum molendino in fluvio Wetha a Thymone quidem et eius heredibus pro LX^{bus} ii. marcis et a duobus fratribus Ulrico et Friderico et eorum heredibus similiter pro LX^{bus} ii marcis et a Gerhardo et eius heredibus pro L. xxx. iii^{or} marcis argenti, qui prefata pecunia eisdem integraliter persoluta predictos mansos cum omnibus supra
 10 dictis et omnibus eorum attinentiis contradiderunt abbati et fratribus cenobii memorati iure proprietario perpetuo possidendos renuntiantes coram nobis omni iuri, dominio et utilitati, que ipsis in eisdem hactenus competebant, hoc solo excepto, quod Vlricus prefatus in solo molendino retinuit sibi et heredibus suis quandam annuam portionem. Ne igitur predictum cenobium per cuiusquam maliciam super tam rationabiliter pertractatis aliqua-
 15 liter in posterum molestetur, ad petitionem utriusque partis presentem paginam inde conscriptam sigilli nostri adpensione et ydoneorum testium subscriptione iussimus communiri. Testes sunt. Fridericus et Hermannus fratres nostri. Comes Henricus de Bûch. Godeboldus burchgravius de Novo Castro. Cunemundus de Varila. Rudolfus pincerna. Guntherus dapifer. Henricus marschalcus. Hermannus camerarius. Hermannus et Fridericus
 20 fratres de Saleke et alii multi. Acta sunt in civitate Nuenburg anno incarnationis dominice m̄cLxxviii, indictione xi, v. idus iun., imperante domino Friderico imperatore gloriosissimo et Utone secundo Nuenburg existente episcopo.

(SD.)

429.

25 *Erzbischof Philipp von Köln verwandelt das Palatium zu Soest in ein Hospital. — Zeuge: Graf Heinrich von Thüringen.* Soest, 1178 Juni 11.

Gedr.: Haebelin, Analecta mediæ ævi 499.

— — Actum apud Susatum anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi m̄cLxxviii mense iunio, xx prima die eiusdem mensis, sub adstipulatione et presentia hic
 30 subscriptorum domini Hermanni Monasteriensis episcopi, domini Arnoldi Osnaburgensis episcopi, Iohannis prepositi de Sinzake, Bernardi prepositi de Susato, Alberti decani de Susato, Bertoldi canonici eiusdem loci et aliorum multorum eiusdem ecclesie canonicorum, Henrici comitis de Arnsberg, Henrici comitis de Thuringia, Simonis comitis de Teckenerburgei, Hermanni comitis de Ravensberg, Arnoldi comitis de Altena et fratris
 35 eius Friderici, Conradi de Rudenberg, Everhardi advocati de Susato, Gottfridi de Hemesberg, Gerhardi advocati Coloniensis et Hermanni fratris eius villici Susaciensis, Themonis, Hildegeri, Godescalci de Patberg, Brunsteni de Susato, Simonis de Tuisco, Bernardi de Heine ministerialium nostrorum et aliorum multorum tam consulum quam civium eiusdem civitatis.